

LCL L08 : version latine
1^{er} année – semestre 2
Monsieur ROBERT

La mort tragique des femmes des Cimbres

Sublatis funditus Teutonis, in Cimbros¹ conuertitur. Cimbris a Mario deuictis, finis pugnandi non factus est. Non minor enim cum uxoribus eorum pugna quam cum ipsis fuit, cum, objectis undique plaustris, desuper quasi a turribus lanceis telisque pugnarent. Tam mira mors earum fuit quam pugna. Nam, cum, missa ad Marium legatione, libertatem non impetrauissent, suffocatis elisisque passim infantibus suis, aut mutuis conciderunt uulneribus, aut, uinculo e crinibus suis facto, ab arboribus jugisque plaustorum se suspenderunt. Quae res uictoribus admirationem misericordiamque mouit. Boiorix rex in acie dimicans impigre nec inultus occubuit.

Florus

¹ Les Cimbres et les Teutons étaient des peuples originaires du nord de l'Allemagne. En 102-101 av. J.-C., ils quittèrent leurs territoires et descendirent vers l'Italie. Ils furent repoussés vers la Gaule et arrêtés par le consul C. Marius à Aix-en-Provence.

